Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



uitatem hierusalem aut in alio quolibet
scripturae scae loco inueniamus; nec mi
rum si septuaginta ipsa hebraica posuerint
nomina cum symmachus quoq; et theodo
tio in eadem uerba consentiant; omnes iniqui
tas syrios equites et iuuenes formae grecis
duces et magistratus siue tristatas quos
nos principes principum interpretati su
mus: de quibus et in exodo legimus electos
ascensores tristatas pro quib; latina sim
plicitas ter nos stratores transtulit; tristate
autem nomen est apud hebreos secundi
gradus post regiam dignitatem: de qui
bus scriptum est uerum tamen ad tres non peue
nit qui princi pes equitum peditumq;
erant et tribunorum quos nos magistros
utriusq; militiae et praefectos annon
arii tituli nominamus; omnes inquit in cur
ribus et in equis lorica armati galea et cli
peo obsidebunt te per circuitum et dabo eis
iudicium ut quos reliqueras et quorum irritum
feceras pactum ab his iudicaris et iudicabunt
te iudiciis suis quasi adulteram et ponam